



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

3. Octobris. Multùm solâ laboris pro animabus suscipiendi intentione
præstatis. S. Ign. ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

ribus, possit nihil. Nimiùm intensæ chor-
dæ rumpuntur ; sanitas nostra nihil habet
de ferro, facilè succumbit.

3. Octobris.

Multùm solâ laboris pro animabus suscipiendi intentione præstatis. S. Ign. ibid.

In grandibus, & egregiis etiam deside-
ria, magna si sint, magni facienda, mas-
ximè dum tanti operis executio non è vo-
lentis arbitrio pendet. Quàm felices ! qui
volendo meritis ditamur.

Plùs intentione nostrâ Deus, quàm ope-
re, conatu plùs, quàm executione, vo-
luntate potiùs, quàm re ipsâ delectatur, ad
illius, non hujus mensuram præmium
constituit.

Si animas cœlo aggregandi occasio te
deficiat, in promptu est desiderium, quo
te nec tempus, nec occasio ullibi desti-
tuet. Hâc arte etiam pusilli evadere in A-
postolos possunt.

Si avari volendo aurum lucrari possent,
quas non brevi tempore divitias congre-
gant ? Pudeat nos in thesauris æternis
congregandis segniores esse ! Animum
Deus ponderat.

4. Octo-